

In cuius rei testimonium ego Azo sepedictus iuro ad sancta Dei euangelia, predicta omnia attendere et observare, atendi et observari facere ac rata habere fideliter et devote, volens et iubens presentes conscribi et mei sigilli munimine roborari.

Data Mediolani, die vigesimo quinto mensis Septembris, anno curr. MCCCXXVIII, tertiedecime indicionis.

Mit schön erhaltenem Siegel an rothen Seidenfäden.

LVIII. Zusatzvertrag zum englischen Bündnis vom gleichen Tage betreffend die Soldzahlungen für die deutschen Truppen. 1337 Juli 23.

Or. Hausarchiv n. 213.

Nos Renaldus comes Gelrie et Wilhelmus marchio Iuliacensis tenore presentium profiteamur et constare volumus universis, quod licet in tractatibus ligarum | seu confederacionum per serenissimum dominum nostrum dominum Ludovicum Romanorum imperatorem semper augustum ex una et nobiles viros Wilhelmum de Monte Acuto Salisb(eriensem) et Wilhelmum de Clynton Honthintdon(iensem) comites seu excellentis domini Edwardi regis Anglie procuratores et nomine dicti regis ex parte altera habitis et hinc inde completis¹, specialiter in domini imperatoris litteris² in ea parte, ubi regi Anglie prefato finitis duobus mensibus promisit atque promittit ducere duo milia galeatorum, sit positum et conventum, quod quemlibet galeatum debet ducere pro quindecim florenis sibi mense quolibet exsolvendis, nos tamen virtute et auctoritate mandati seu potestatis nobis per predictos dominum Wilhelmum de Monte Acuto et Wilhelmum de Clynton prefati regis ambassiatores nobis traditi et concessi, si dominum nostrum imperatorem elapsis dictis duobus mensibus cum sua comitiva diutius stare contigerit vel manere, sic quod ipse et sui stipendio quindecim florenorum nollent stare contenti, quod nos tunc maiorem dicti stipendii numerum seu summam arbitrari debemus. Et promittimus prefato domino nostro imperatori ac nos eidem promisisse recognoscimus litteras per presentes, quod cuilibet galeato pro stipendio quolibet mense non minus quam viginti florenos arbitrari tenemur ei dandos libere et solvendos iuxta modum page seu solucionis in dictis litteris positum plenius et con-

1) Urkunde der Procuratoren siehe Forschungen XX, 270 n. 39.

2) Bis jetzt noch nicht aufgefunden.